

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Henr. Ioh. Nepom. Crantz S.C.A. Maiestat. Consiliar.  
Institut. Med. Et Mater. Medic. Vindob. Profes. Pub. Ord.  
Acad. Imp. Nat. Curios. Et Societ. Botan. Flor. Sodal.  
Materiæ Medicæ Et Chirurgicæ ...**

**Crantz, Heinrich Johann Nepomuk**

**[Wien], 1765**

II. Cathaeretica Seu Escharotica.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10196**

---

## II. CATHAERETICA

SEU

### ESCHAROTICA.

**H**æc fibras corporis omnes, tam cutaneas, quam carneas, & alias destruant.

Indicantur *I.* Si fungosa in ulcere haud sensibili caro, coalitum impedit.

*II.* Si carnis vegetatio, vel excrescentia, ultra æquabilem partis sensibilis naturaliter constitutæ superficiem emineat, ut in morbis palpebrarum, ficu, verruca, ectropio, in morbis oculorum, encanti, pterygio completo; in morbis narium, oris, ani, partium genitalium utriusque sexus, CHARMETTON. Q. c.

*III.* In gangræna humida, applicatis incassum optimis & indicatissimis spirituosiss, IDEM.

*IV.* In tumore frigido ex congestione humorum orto, scirrhuso quocunque, etiam glandulari indolente, tum bubone venereo, pestilentiali, scrophuloso, tumore critico maligno, IDEM. Alias indicationes vide in T. III. de argento, ubi de lapide infernali sermo.

Contra indicantur *I.* In morbis complicatis, ut in ulceribus malignis, maxime cancris. CHARMETTON.

*II.* In venereis, pestilentialibus, scrophulosis, iuncturas, tendinosas ligamentosasque partes, vel etiam glan-



glandulosas inflammatas, duras, inæquales, vicinis ad-  
hærentes, o cupantibus. IDEM.

III. In ulceribus carie exceptis, in his etiam cariem  
auferre intent o IDEM.

IV. In magnis Polypis.

## L E N I O R A.

Euphorbium	}	Ex Veget.
Iris florentina		
Sabina.		
Cineres clavellati.		
Alumen usum.	}	Ex fossil.
Borax		
Calx viva.		
Calx veneris.		
Ærugo.		
Ochra.		
Vitriolum album.		
Cyprium,	J	

## COMPOSITA OFFICINALIA.

Aqua Phagadænica.  
Balsamum Martiatum.  
Oleum Tartari p. d.  
Unguentum Ægyptiacum.

## F O R T I O R A.

Arsenicum album.

A multis chirurgis adhibitum verum venenum est,  
quod hoc scopo applicatum totius corporis tremorem  
induxit MONRO. L. c. quare raro & caute adhibendum.

Au-



Auripigmentum.

Realgar.

Mercurius præcipitatus Albus.

Ruber.

Sublimatus corrosivus.

Et hæc sæpe salivationem induxere MONRO L. c.

Spiritus acidi concentrati.

Nitri.

Salis.

Vitrioli.

Hi vel puri, vel gleba metallica divites applicantur, sed substantia metallica imprægnati ossium cariei adhibiti, violentos dolores, sæpe convulsiones causare. MONRO. l. c.

Butyrum Antimonii.

Lapis causticus.


Infernalis.

Et horum quidem omnium, & pro conditione partis, cui applicanda, & pro aliarum circumstantiarum ratione, forma, lenitas, activitas, variare multum solent. Tutissime vero omnium applicari potest lapis infernalis: Reliqua enim ulceri adhibita in totam eius superficiem agunt æqualiter, lapis autem infernalis singulis punctis potest applicari, L. B. VAN SWIETEN.



CLAS.





## CLASSIS ULTIMA

# DEPLENTIA CHIRURGICA.

**E**tiam alia sunt ad deplendum seu evacuandum constituta chirurgica, alia medica auxilia; priora hic recensenda, maxime hirudinum suctione, phleboto-  
me, scarificatione, fonticulis, fetaceis, vesicantibus, quibus tam abdominis quam thoracis paracentesim, cranii perforationem addere posses, complentur; posteriora iam Tomo II. huius operis dicta sunt.

**HIRUDO** *Offic.* Syst. Naturæ. Classis Naturalis Vermium, ordo intestinorum. *Germ.* Blut-Igel. *Gallis* Sangsue. *Anglis* Leech.

**HIRUDO Medicinalis** RAY, hirudo depressa fusca, lineis flavis dorsalibus sex, intermediis immaculatis, subtus cinerea nigro maculata, Cl. LINNÆO definitur, ut facile a *Sanguisuga*, quæ marginem lateralem flavum gerit, distinguatur. Utriusque iconem nobis servavere Acta *СТОКН.* 1757. N. 4. F. 1. 2. 3. 4.

Medicinalis hirudo princeps hæmorrhoidalium sector venarum vermis, plus una vice sese sanguine ingurgitare valet, & hæc quidem, quæ cæteris omnibus vituperio animantibus intemperantia est, huic laudem conciliat, ut demum etiam vitia aliquam gloriam consequantur! & ob ingluviem sanguifugo modestiori & una  
solum